



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

166. Perfectioni studere. In bono perseuerare, recte enim incipiendi exigua est gloria nisi bene progrediendi & ad finem vitæ perseuerandi laus adsit V. Triumphum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

dicat: Homo in quo fuerit macula & vitium non  
 accedet offerre dona Deo. Et in Exodo: Sacerdotes <sup>Cap. 21.</sup>  
 qui accedunt ad Dominum Deum sanctificentur ne for-  
 te derelinquat illos Dominus S. Greg. 2. p. Past. ca. 2. <sup>Cap. 19.</sup>  
 Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla  
 hunc immunditia polluat, qui hoc suscepit officium, vt in  
 alienis quoque cordibus pollutionis maculas tergat, quia  
 necesse est vt esse munda studeat manus, qua diluere a-  
 liorum sordes curat, ne tacta queque deterius inquinat  
 si sordida in se mens lutum tenet. Hinc namque per  
 Prophetam Esaiam dicitur: Mundamini qui fertis  
 vasa Domini. Etenim vasa Domini ferunt qui proximo- <sup>Cap. 52.</sup>  
 rum animas ad eterna sacraria perducendas in sua con-  
 uersationis fide suscipiunt. Ex: Tunc sacerdos irreprehē-  
 sibiliter graditur, cum exempla patrum precedentium  
 indefinenter intuetur, cum sanctorum vestigia sine ces-  
 satione considerat, & cogitationes illicitas deprimat, ne  
 extra ordinis limitem operis pedem tendat.

## SIGNVM CLXVI.

*Perfectioni studere.*

Qvis nescit eos recte dici Clericos bonos,  
 qui student & puritati & sanctitati vitæ, ab  
 affectu terrenarum mentes suas auocant, & ad  
 celestium amorem traducunt, à rebus, inquam,  
 istis temporalibus ac infimis abducunt, ac ad cœ-  
 lestia & sempiterna cogitanda, amanda, perfequē-  
 da eleuant, qui abstinent à voluptatibus carnis &  
 illecebris huius vitæ, diuitias & honores cōtem-  
 nunt, & iis propter Christum renuntiant, qui de-

*Volup. car-  
 nis refeca-  
 re.*

Vu 3

niq;



ni que ieiuniis, ciliciis, chameunia & aliis corporis afflictionibus carnem suam domant & sibi sui subiiciunt. Sant autem innumeri etiam Clerici qui contemptis diuitiis, honoribus, voluptatibus, quibus vel fruebantur vel fruuntur, saeculo nuntium remisere, & carnem mortantes toti Deo rebusque caelestibus sunt intenti. Quot sunt qui Angelicam vitam imitantur terris, qui curas & sollicitudines huius vitae contemunt, saeculi vitia abruptunt & liberi ac expectati Christum sequuntur eiusque sanctiss. vitam imitantur?

## SIGNVM CLXVII.

*Veram ac seriam peccatorum suorum agendam poenitentiam.*

*Platina in vita pon. Virū Marcellinus reuera sit lapsus, an tota ista historia si gmentū sit vide apud Baron. to. 2 An. Chri. 302.*

**M** Arcellinus Pontifex Rom. Diocletiano & Maximiano persecutoribus tormentorum immanitate perterritus, Diis deposuerat, postea in Campaniam discedens, octoginta Episcopis astitit cilicio & cinere confitens peccatum suum ac petens ab ipsis sibi poenam iudici atque decerni. Quibus arbitrium in Praeside recipere nolentibus se sententiam tulit, pontificatum deposuit, in poro sepulturae denegauit execrans eos qui uellent ipsum super terram putrescere ac discedens ac confestim Romam ad martyrium est reuersus ultro exponens se suppliciis quae modo expartur Decollati cadaver in sepulchrum iacuit timentibus Christianis violare pontificis interdictum.